

Nemæa, quorum victores apio coronabantur, ita appellata à Nemæa
sylvâ Peleponesi, in qua fieri consueverunt in honorem Herculis, qui leonem
fertur in ea sylvâ occidisse, seu multo magis in honorem Archemori pueri Ly-
curei filij in ea sylvâ à serpente occisi. In hoc ludo memorabilis est histo-
ria apud Paus: in Arcadicis. Cum enim CREVGAS Syrrachinus pugil, et
DAMOXENVS Syracusanus diem pugillatû ad uesperim exemissent, in-
ter eos ita conuenerat, cuncta audiente spectatorum corona, ut uicissim
alter, in quam iussus esset corporis partem, singulas alterius plagas ac-
ciperet. Nondum instituerant pugiles caestus, attenuato in acutum loro,
ad utriusq; manus articulum, quem graeci καεττορ uocant, reliquare:
sed è cruce bouis corio, implicatis arte quadam vetere inter se torulis
(Melichas appellabant) et ad uoles reuinctis depugnabant,
quo fiebat ut digiti nichil relinquerentur. Tunc quidem
Crevgas

Crevgas